

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Strabonis Geographicorum [geographicorum] Lib. XVII

Strabo

Basileae, 1539

Libri decimiquinti.

urn:nbn:de:bsz:31-67095

Cnidij & Coi, Dores sunt. Quòd Rhodus prius Ophiusa fuerit dicta & Stadia, deinde Telchinis, à Telchinis eam insulam incolentibus, quos nonnulli fascinores & maleficos dicunt, quòd Stygiam aquam animalibus & stirpibus, perniciæ gratia inspergerent. Alij uero, artifices mechanicos, qui primi æris & ferri ex metallis generationem reppererint. Venerunt è Creta in Cyprum, inde in Rhodum.

Quòd post Telchinas Heliadæ fabulis traduntur insulam tenuisse, è quorum uno, Cercapho filij nati sint tres, Lindus, Ialysus, Camirus. hi urbes de suis nominibus dictas condidere. Quòd Rhodi ambitus stadiorum est septingentorum uiginti.

Quòd Atabyris mons sit excelsissimus è Rhodijs, Ioui Atabyrio sacer. Quòd Posidonius Rhodi uixit & sophisticen exercuit. Fuit autem Apamiensis, ex urbe Syria.

Quòd Dionysius Thrax & Apollonius qui Argonautica scripsit, Alexandrini fuerint, quamuis Rhodij uocarentur. Quòd Eudoxus mathematicus Cnidius fuerit, Platonis discipulus. Quòd urbs Halicarnassus, principum Cariæ regia sedes fuerit, Zephyra prius appellata. Hoc loco est Mausoli sepulchrũ, unum è septem orbis spectaculis, quod Artemisia marito cõstruxit. Hinc fuit Herodotus, quem deinde Thuriũ uocarunt, eo quòd coloniam in Thuriõs missæ fuisset particeps.

Quòd Hecatomo Carum regi tres filij fuerint, Mausolus, Idrieus, & Pixodarus. Item filia duæ, è quibus seniore Artemisiam Mausolus duxit: Adam uero, secundus frater Idrieus. Post mortem Mausoli Artemisia imperauit. Ea deinde mortua, Idrieus: cui Ada & soror & coniunx successit. At Pixodarus cum Medicarum partium esset, Satrapa è Persis ad communionem imperij accito, Adam eiecit. Aduentante uero Alexandro ad eum confugit Ada, ac filium adoptiuum fecit achæredem, atque hoc pacto Carum imperium suscepit.

Quòd circa Cragum Lyciæ montem traduntur quæ de Chiamara fabulæ habent. Quòd Solymi montes Pisidarum sint, circa Termesum urbem.

Quòd Crocos, genere fœminino effertur. Quòd è Solis Ciliçiæ fuerint Chrisippus stoicus & Aratus. Quòd Tarsus olim adeo in philosophia ac cæteris disciplinis sese exercuerit, ut & Athenas & Alexandriam prope modum superaret: & qui discebant, Tarsenses erant.

Quòd, Res iuuenũ, consulta uirũ, crepitus seniorum. Quòd Pelopidarum diuitiæ à metallis circa Phrygiam & Sipylum prouenerunt: Cadmi uero, circa Thraciam & montem Pangæũ: & Priami ex auro quod circa Abydum effodiebatur, cuius nunc uix ulla uestigia apparent. Multa tamen eiectio & loca effossa, prisca metallorum inquisitionis signa sunt. Mydæ quoque opes ex metallis fuere quæ circa Bermium montem erant: Gygis & Alyattis & Cræsi ex ijs quæ apud Lydium oppidum desertum, inter Artarneum ac Pergamum, quod quidem loca effossa habet propter metallorum inquisitionem.

LIBRI DECIMIQUINTI.



Quòd India rhombi figuram præ se fert, cuius latus septentrionale Caucasus mons est, ab Aria incipiens usque ad terminum eius maxime orientalem. Hic mons Sacas terminat & Scythas & Seras, septentrionem uersus, Indos autem, uersus austrum. Latus occidentale, Indus fluuius est, è Caucaaso delatus, uersus occidentem hyperbænum. Latus autem ipsius orientalis & australe mare rubrum est.

Quòd India tota fluminibus permeatur, è quibus duo maximi sunt, Indus

& Ganges, ac multo maior est Ganges. Quòd Ganges fluuius, è montibus Caucaſi ad auſtrum fluens, poſtquam campum attigerit, ad ortum redit uſq; ad urbem maximam Polibathra, atq; hoc modo tandem ad auſtrum in mare rubrũ exit: Indus uero, duobus oſtijs in ſulam Patalenen amplectens, in mare rubrum egreditur. Quòd multi imbres Indiã madefaciunt, per quos linum ſeritur & milium, & ſefamus, & oryza & boſmorus. Hyberno tempore ſeritur triticum, ordeũ, legumina, & fruges aliã, nobis ignotã. Quòd in mari Indico naſcuntur cetera ancipitis uitã, alia bobus, alia equis, alia alijs animalibus terreſtribus ſimilia.

Quòd boſmorus, frumentum eſt minus quã ſit triticum, naſcitur inter amnes, torretur cũ in area excutitur, ſed iurant ne prius eum ex area moueant quã igni concoxerint, idcirco ne ſemen exportetur. Indiã multis terremotibus concutitur, & flumina translata nonnunquam adiacentes urbes alias quidem ſubmergunt, alias ſterilitate & ſiti perdunt. Quòd Indiã fruges bis in anno proueniunt, qui ſeminantur inquam & qui ex arboribus naſcuntur. id ſit tum ob imbrium copiam, tum ob ſolis uehementiam. Quòd in quibuſdam ramis arborum Indiã, lana naſcitur, propter ligni humiditatem, ex hac ſindones texuntur. Eſt & cortex quidam arboris illic, è quo ueſtes uariã conficiuntur. Item arbores apud eos ſunt, abſq; animalibus mel conficientes, è quibus inebriantur eſtantes. Sunt etiam arbores illic, quorum folia non ſunt minora ſcuto: aliã arbores ſunt, quarum rami cum ad paucos cubitos excreuerint, reliquum incrementum pronum faciunt flexi quouſq; terrã contingãt: deinde terram ingreſſi radices agunt ueluti propagines, mox rurfus in truncum exeunt, à quo poſtquam aucti fuerint, inde ſectuntur, & aliam propaginem efficiunt, deinde aliam, & ſic deinceps, ut ab una arbore umbraculũ fiat, tabernaculo multicolumnio ſimile. Sunt arbores aliã, quarum trunci à uiris quinque uix comprehendì poſſint. Quòd Ariſtoteles tradit, mulierem Ægyptiam ſeptenos pueros peperiffe. Nam Ægyptiorũ uxores fecundã ſunt. Quòd Alexander cum Taxila appuliſſet, Indorum urbem, & ab incolis perhumaniter ſuſceptus fuiſſet, atque ob id plurimum eis benefeciſſet, Macedones inuidia moti dicebant, Alexandrum non habuiſſe quibus bene faceret prius quã Indum traicere.

Quòd ſimix & elephantes animalia ſunt quã ad hominis captum proxime accedunt. Cuius ſignum eſt, inſultus in bello ordine ab utriſque factus. Quòd ſimix ab Indis hoc modo capiuntur: Catinum aqua plenum in conſpectu ponentes, faciem ſibi ea abluunt: atque in propinquo aliud catinum uiſco plenum. Cæterum ubi lauerint, abeunt. At ſimix ſuper arbore ſedentes ſublimes, descendunt inde, atque imitantur homines. Eoque modo uiſco ablutã, capiuntur. Eſt & modus alius: Culeolos ſubligaculi modo induunt, inde diſcedunt relictiſ alijs interius uilloſis. Cæterum illã imitantes id, capiuntur. Quòd aliqui Indorum, unã cum maritis defunctis uxores comburunt, ne per occasionem adulterij alios uiros amantes, proprios ueneno tollant. Quòd apud Indos canes ſunt ualentiffimi. Sopithes itaq; cum Alexandro dediſſet canes centum quinquaginta, ut periculum de ijs fieret, leone obiecto duos canes immiſit, quibus illum tenentibus alios duos ſoluuit. Qui cum in certamine conſiſterent, Sopithes iuſſit ut unus ex canibus abſtraheretur à morſu, & niſi pareret, crus amputaretur. Canis itaq; prius ſibi crus incidendi paſſus eſt, quã morſum dimitteret, ac leonẽ retinuit donec obiret. Quòd in

in India aër ſit ſal
& triginta annos
uuntur neq; arger
centur preter medi
leſicos efficiant. Lu
hac in nobis non
leaque cauendum
India Tigrides na
ge præſtantiffimi.
bus dulciores. Itẽ
nes ſint robuſtiſſim
datur: nonnullis
re: leonem & tau
quam dimitatur.
nihil innat.
uehantur. Fortaſſi
bit ſubuolantia,
aliquã ei ſimodiu
nera diuiſa ſit: è qu
tur unoquoq; eor
ſeruatũ, ubi qui
indicatur: qui ue
dum genus eſt ag
ta. Regio tota ip
parte. Tertium ge
paſcere licet: hi uag
cem & ſeptem uer
quam ducentis. L
la dericiunt, & arb
deo, ut lapidem ia
rterã, terram effo
quibuſdã inuẽtis
magnitudinem e
pentes, parui quic
Magni uero, quin
di. Medentur illis
dã ſunt, minores
es exercent & cat
pus otioſi agunt, &
quorum munus e
nent. Septimi ſun
& rerum omnium
hi, nec ſtudium au
Quòd Indi

in India aër sit saluberrimus, uitæ autē longissimæ homines ipsi, ita ut supra centū & triginta annos durent. Syssitia apud eos sunt sicut apud Laconas. Auro non utuntur neq; argento, pro seruis utuntur iuuenibus. In nulla disciplina exacte exercentur præter medicinam solam, tanquam aliæ si ultra mediocritatem discantur maleficos efficiant. Ius apud eos non dicitur, præterquam de cæde & iniuria. Nam hæc in nobis non sunt ne patiamur. Quæ uero in cōtractibus fiunt, in nobis sunt. Itaque cauendum esse, neque implendam esse urbem controuersijs. Quòd in India Tigrides nascuntur, magnitudine leonibus duplo maiores, & robore longe præstantissimi. Quòd in India lapides effodi aiunt, colore thureo, ficibus dulciores. Itē serpentes membranaceis alis, & scorpios. Quòd in India canes sint robustissimi, qui non antè morsum dimittant quàm aqua naribus infundatur: nonnullis præ studio in morsu oculos distorqueri: alijs præterea excidere: leonem & taurum à cane detineri: taurum mori rictu comprehensum prius quàm dimittatur. Quòd in regione montana India, Silas fluuius est, in quo nihil innatat. Quòd aères quidam sint adeo tenues ut nulla in eis uolatilia inuehantur. Fortasse autem exhalati uapores ad se trahunt & quodammodo absorbent subuolantia, quemadmodum electrum paleam, & sideritis ferrum. fortasse & aliquæ eiusmodi uires in aqua sunt. Quòd Indorum multitudo in septem genera diuisa sit: è quibus primi sunt philosophi, honoratissimi paucissimiq;. Vtuntur uno quoq; eorū publice & priuatim qui maçant & sacrificant, quiq; uaticinia scrutantur, ubi qui ter mendax deprehensus fuerit, ei per totā uitam ex lege silentiū indicitur: qui uera dixerit, immunis & omni tributo exemptus habetur. Secundum genus est agrorum, qui plurimi sunt & mansueti ob immunitatem militiae. Regio tota ipsius est regis, ipsi eam conducti operantur, in quarta fructuum parte. Tertium genus est pastorum ac uenatorum, quibus solis uenari & pecora pascere licet: hi uagi errabundiq; in tugurijs uitam degunt. Elephantes menses decem & septem uterum gestant: apud matrem annos sex aluntur. Viuunt annis plus quàm ducentis. Libycis Indici maiores sunt, & robustiores: hi rictu propugnacula deiciunt, & arbores radicitus euellunt in posteriores pedes erecti. Mansuescunt adeo, ut lapidem iacere & armis uti & optime natate discant. Ceterum formicæ auriferae, terram effodiunt quemadmodum talpæ, auraceam existentem, hanc Indi quibusdā inuētis clām rapiunt: nam timent ne à formicis deprehensi interimantur: magnitudinem enim habent uulpibus maiorem: celeritate lepores superant. Serpentes, parui quidem & spithames magnitudine, ob uiolentiam periculosi sunt. Magni uero, quindecim cubitos excedentes roboris potentia magis sunt timendi. Medentur illis, incantationibus & radicibus herbarū. In Indo flumine crocodili sunt, minores quàm qui in Nilo nascuntur. Quartum genus eorum est qui artes exercent & cauponariam. Quintum genus est bellatorum, qui reliquum tempus otiosi agunt, & gratis aluntur, belli tempore egrediuntur. Sexti sunt Ephori, quorum munus est, ut quæ perperam aut bene aguntur inspiciant, ac regi renuntiant. Septimi sunt consiliarij & regi assidentes, à quibus & magistratus & iudicia & rerum omnium administratio fit. Nec licet cum alio genere connubia contrahi, nec studium aut artem imitari, nec eundē plura exercere nisi philosophiā solam.

Quòd Indi uinum non bibunt, præterquam in sacrificijs, potum è succo ory-

zæconferunt, non autem hordei. Quòd Indi tãtum habent simplicitatis, ut ne domos quidem custodiant. nam diffidentiam, malorum aiunt magistratibus esse. Quòd Indi ueritatem & uirtutem exercent maxime, & qui super falso testimonio conuictus sit, extremis decurtatur. Quòd Indorum reges emptitiæ mulieres curant. Quòd si mulier quæpiam regem ebrium interemerit, honoribus afficitur. Quòd sapientum apud Indos duo sint genera, quorũ alij Brachmanes uocantur, alij Germanes. Brachmanes ab animalibus & uenere abstinent, serijs sermonibus intenti. Auditori non licet nequeloqui nec sternutare nec excreare, sed compositis moribus utens silet prorsus. Et cum triginta & septem annos sic uixerit in sua secedit, & laxius licentiusq; uiuit, aurũ gestans & carnibus animalium uescens. Quòd Indi putant hanc uitam quasi quendam hominum conceptũ esse, mortem uero natiuitatẽ ad ueram illã & beatam uitam, ijs qui recte sunt philosophati: Mundum hunc ortum & quandoque interiturum esse, item sphericum: quòdque conditor & administrator omnium deus uniuersum peruadit: & quòd animæ immortales sint, & de iudicijs quæ apud inferos fiunt.

Quod Germanes ciuilem partem philosophiæ tractent. Medicina utuntur non ea quæ medicamentis, sed quæ uictus ratione peragitur. Ex medicamentis, maxime unctiões probant & cataplasmata. Quòd Indorum sapientes omnes constantiam exercent, tum eam quæ in laboribus, tum quæ in tolerantia consistit, adeo ut totũ diem in eodẽ gestu immoti perseuerent. Quòd qui sunt in Taxilis Indi, defunctos absq; sepultura proiciunt. Quòd sapientes Indorũ, cum semorbo adfectos senserint, turpe id esse autumantes, igni sese e uita tollunt.

Quòd Porus quidam Indorum rex, ad D. Cæsarem dona miserit, hominem à puero brachia ab humeris exectum, item uiperas ingentes, ac serpentem cubitorum decem, item testudinem fluuiatilem trium cubitorum, & perdicem uulture maiorem. Quòd ab Indo fluuius occasum uersus Aria sit, ad austrum uero Arachosia & Gedrosia. hæc quatuor habet latera, e quibus australe latus mare rubrum efficit: orientale, Indus fluuius: occidentale, sinus Persicus: septentrionale, montes Tauri qui Bagoi dicuntur & Parsynti. Longitudo maris, tredecim miliarium est stadiorum. Quòd in mari rubro cetæ nascuntur cubitorum septuaginta duorum. Epigramma quod in sepulchro Cyri regis uisitur,

ἐγὼ κῆμας κῆρ βασιλεὺς βασιλῆων.

Ille ego regum rex, hoc claudor marmore, Cyrus. Super Darij sepulchro ad hunc modũ, Optimus amicus amicis fui, eques & sagittator optimus, uenatores superauit, omnia facere potui. Quòd Susis, uigente æstate, urbs ipsa tantum habet beatæris meridianum calorem, ut lacertæ & serpentes urbis uias transire non possint, sed in medio interceptæ concremantur. Aqua frigida aëri exposita, illico calescit. Aiunt insuper hordeum in sole sparsum, ita frigi quemadmodum in furno miliũ, quapropter ad duo cubita terrã tectis imponunt. Domus ipse propter onus angustæ sũt & longæ, cum longis trabibus careant, & magnis domibus indigent propter æstũ. Palmaceæ aut trabes peculiare quiddã patiũtur. Nam cũ solidæ sint, quando inueterascũt, non cedunt in inferiore partẽ, sed in superiorem panduntur contra onus, unde melius tectũ sustinẽt. Quòd Persæ nec statuas nec aras erigunt: solem uenerantur & lunã & uenerem & ignẽ & terrã et uetos et aquã: si q̄s in ignem

ignem inspirat, a
uolantes, flamm
celentes, flamm
aminetur sanguin
nec abluuntur, nec
Persæ præmia pro
mis rebus consulta
te fiunt. Quò
nam ante hunc qua
tum, equi.



vo
ne
Ar
qu
me
fuerit Babylone m
uerit Lyco flum
bet trecentorum &
inginta duorum:
num ipsarum sex:
horri pensiles.
Ita. Est autem Bab
ud Comici de ipsa
Magna ciuitas m
facta est ingens ill
cum Gaugamela. I
phthæ fons & ign
uero flumine nau
Quòd regio
Epalma uinum fi
carbonibus utun
Dicunt esse carne
itates narrantur.
aliud liquidum ef
hac glebæ maxim
fiunt. Porro liqui
admotum, ipsum
guitur autem luto
tæ gratia in balne
gians autem puer